50

paulatim proficiet opus tuum et pusillanimis non efficieris
Quod cum audisset iuuenis frater sic et in quo tempore pergebat a
est possessio illa et exculta. Sic et tu frater paulatim oper
are et non deficies et deus propriam suam restituet te istam
instinctu dei tui. Hoc audito frater ille abiit et cum
omni pacientia sedes faciebat sic doctus fuit et sic inueniens
tempore promouebatur in melius de die in die. (publicum gentis temp-
Frater quidam seni dixit quid facio quia oc- taciones.
cidit me sordida cogitacio. Dicit ei senex: Ob
quia vult ablactare puerum suum amarum aliquid superad
dit et super ungit ubera sua et cum venit infans ex consue
tudine sugere lac sentiens amaritudinem fugit. Mitte
ergo et tu in cogitacione tua amaritudinem. Dicit ei frater:
Que est amaritudo quam debeo immittere? Senex: Amaritudo
passionis Christi mortis et turbe et inferni et recordacionem
tormentorum que peccatoribus parantur et sic poteris extinguere cor
poris et anime temptaciones. (De quodam qui repulit spiritum fornicationis)
Erat quidam frater in heremo ante fugitur qui in (carcere
pugnabat spiritus fornicationis. Ille cogitauit quomodo per
manum extenuaret carnalem temptacionem et plas
mauit sibi quasi figuram mulieris ex limo. Dicit quod cogitacio
mihi suis: ecce uxor genuit et filios ecce necesse est magis
ut labores ut possis uestire te et uxorem et filios pascere
et ita nimio labore macerauit corpus suum ut plus
non posset sustinere tantum laborem. Ideo omnis illa temptacio eua
nuit. Non ultra querebat mulierem et deus per ipsius laborem et
nimium etiam omnem sibi abstulit temptacionem. Unde bene
dicitur: Vide ne te dyabolus inueniat ociosum. (Ser-
Audiui fili de quodam fabro qui fugauit spiritum fornicationis.
Erat apellon nomine et erat faber quidam [illegible]

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 596, p. p.%2051 – Excerpts from the lives and teachings of the Monastic Fathers (http://www.e-codices.ch/en/csg/0596/p.%2051)